











1666.

1. Striarius, Johannes Tacobus: Disputatio juridica, continens veterum juris interpretum distinctiones, quae magistrales appellantur, approbatas.
2. Striarius, Johannes Tacobus: Disputatio juridica, continens distinctiones veterum juris interpretum, quae magistrales vulgo appellantur, improbatas.
3. Beckmann, Joh. Valh: De illustrationibus imperii Germanici dicasteriis, camerali, Julico, Ratislensi.
4. Beckmann, Joh. Valh: De usu domini eminentis in imperio nostro.
5. Beckmann, Joh. Valh: Diverstatis iudicia, continens prerogationes juris Personae de persona et personam.
6. Beckmann, Joh. Valh: An et quatenus principes, comites, barones et alii S. Rom. imperii status in districtibus suis  $\neq$  statuta condere possint.?



166.

7. Beckmannus, Joh. Volk: De compaternitatibus illustri-  
um familiarum in civitate Germanorum.

8<sup>1st</sup> Beierus, Adrianus: De bonis damnatorum  
2 Succpt. 1666 & 1679

9. Beierus, Adrianus: De terminis motu.

10. Beierus, Adrianus: De injuriis visumque inju-  
riosum.

11. Beierus, Adrianus: De culpa imputativa

12. Beierus, Adrianus: De satisfactionibus.

13. Cortegius, Adamus: De deposito.

14<sup>1st</sup> Cortegius, Adamus: De actionibus personalibus  
in rem scriptis

15<sup>1</sup>. Falckner, Johannes Christophorus: De jure hospitio.  
vum.

16. Falckner, Johannes Christophorus: De salis conducta  
ad judicium.



1666.

17. Falcken, Johann Christophorus: De facti poena.

18<sup>a</sup> Falcken, Johann Christophorus: Ina particularia  
de libertate et consuetudine. 2 Saupl.

19. Krauß, Petrus Pueratius: De feriis

20<sup>a</sup> Krauß, Fridr. & Guilielmus: De iustis ac priori  
legis personarum universabilium. 2 Saupl. 1666 & 1769.

21. Richter, Christophorus Philippus: De jure et facto


22<sup>a</sup> Richter, Christophorus Philippus: Interpretatio  
legis 32 § 2. v. ll. 2 Saupl.

23 Richter, Christophorus Philippus: De successione  
ab intestato.

24. Richter, Christophorus Philippus: De Augustissi-  
mae domus Austriae jure ac praesentia.

25<sup>a</sup> Richter, Christophorus Philippus: De concurre  
actionum







DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

*In quâ*

FACTI POE

NAM

*Monitu l. 16. ff. de pœnis & cap. 6. X. de homicid. viol. & casual.*

Ter sancto DEO favente

*Ex*

DECRETO ET AUCTORITATE

*Collegii ad Salam Jctorum Magnifici*

PRÆSIDE

VIRÒ

*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo*

DN. JOHANNES CHRISTOPHO-

RO Salsner/ J. U. D. & Prof. Publ. celeberrimo, Con-  
siliario Saxonico, Curia Prov. Facult. & Scabinatus

Affessore gravissimo

*Dn. Patrono, Promotore & Præceptore suo*

*sempiternum colendo*

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores ac Privilegia Do-

ctoralia ritè & justè consequendi

*d. 24. Octob. 1666.*

In Acroaterio Jctorum horis ante & pomeridianis

*examinandam proponit*

IOHANNES CHRISTOPHORUS

Krügelftein/ Numburgensis.

JENÆ, Literis VVERTHERIANIS.





DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

FACULTATE

IN

1800

TELANGO

DECRETIO ET VICTORIE

PRÆSIDII

JOHANNIS CHRISTOPHORI

1800

PRO LICENTIA

JOHANNES CHRISTOPHORI

1800







M E M B. I.

I.



Actum (cujus synonymum est: gestum) à  
 Nostratibus multis modis accipi testatur  
 Joh. Bapt. Cost. D. Papiens. *tract. de fact.  
 scient. & ignor. insp. 1.* Primò enim forma-  
 liter accipitur pro ipsa operatione facien-  
 tis, atque sic iterum vel strictissimè pro  
 ejusmodi operatione, quæ tendit ad opus aliquod exter-  
 num physicum permanens atq; in sensus incurrens: quo  
 pacto *ποιεῖν* Græcis accipi, & *τὸ ποιεῖν* seu actioni op-  
 poni solet. Hoc sensu *in l. stipulationes 72. pr. ff. de V. O.*  
 stipulationes facti iis contradistinguit Jctus, quæ rerum  
 sunt divisionem non recipientium. *Vid. Fr. Duar. lib. 1.  
 Disp. Vel latè, ut amplectatur etiam omne id præter  
 dationem, quo absoluto nihil etiam oculis objicitur. Ita  
 factum dationi præcisè opponitur in l. stipulationum 2.  
 §. 1. ff. eod. dū stipulationes dicuntur aliæ in dando, aliæ in  
 faciendo consistere. add. l. 4. §. 1. ff. eod. Gadd. de contrah.  
 stipul. cap. 6. conclus. 14. n. 178. Et à facto ad dationem  
 non rectè ducitur argumentum B. Ungep. *Exerc. Just.  
 XI. qu. 2. in Nego.* vel latius adhuc, ut & dationē compre-  
 hendat, *in l. si procuratorem 8. §. si quis 3. ff. mand. l. 4. §. ult.  
 de appell. l. verbum. 218. ibi: Cujac. & Gadd. ff. de V. S.* Hoc  
 modo factum differt à non facto s. patientia *in l. quoties  
 15. §. servitutum 1. ff. de servitut.* Denique latissimè, ut  
 sub facto contineatur & non factum. Ita enim & fa-*





Etum ab Imp. in stipulatum deduci dicitur, si aliquid non facti stipulemur *in §. ult. Inst. de V.O. & facere videtur etiam qui non facit, quod facere debet dicente* Jcto *in l. qui non facit 121. ff. de R. J. vid. Donell. lib. XVI. Comment. 3. Civ. cap. 7. n. 3.* Hinc Donatus in Adelpis Terentii ad illud: fecisti, significat, inquit, quod non fecisti. Jacob Gothof. *ad d. l. 121. Grot. lib. II. de jur. bel. & pac. cap. 4. n. 5.* Pertinet huc, quod moram quoque ad factum referat Accursius & Vulreij. *ad §. si res legata 16. Inst. de Leg.*

II. Secundò effectivè pro termino operationis, hincque secuto effectu sive physico sive morali. Quo sensu actiones in factum dici videntur, de quarum varietate videndus est Hahnus *in observ. VVesenb. p. i. p. 1066.* Et factum pro judicato dici testatur Eguinarius Baro *in d. l. 2. de V.O.* Denique omnes obligationes ex contractu vel quasi, aut delicto vel quasi descendentes facti nomine designari tradit Boccr. *decis. 67. n. 3. Dec. ad l. hered. n. 6. ff. de R. J.*

III. Atquæ hæc facta pro varietate objectorum & effectuum varias divisiones recipiunt, quas passim inculcant Dd. Mox factum illis dicitur aliud nudum, aliud non nudum esse. Nudum quod tantum corporalem actum determinat citra juris effectum, gr. exempli: Fossam fodere, rem tenere, via publicâ aut Romanam ire *l. viam 2. ff. de via publ. & itin. pub.* Non nudum quod effectum juris post se relinquit. *l. consilio 7. in f. ff. de Curat. fur. add. Eguin. Bar. d. loc. ut & Magnif. Dn. Strauch Jctus solidissimus Patronus meus ex voto Magnus Disp. 8. ad ff. th. 5. Dn. Zigler. in not. ad Grot. lib. 2. c. 4. n. 15.*

IV. Dividunt & factum in momentaneum, & successi-



cessivum. Successivum rursus in continuum & disconti-  
nuum, cuius distinctionis usum materia servitutum po-  
tissimum commendat. Bartol. Eug. *Conf. 40. ad l. fera-*  
*men ff. de serv. urb. præd. Welenb. in parat. ff. quemad.*  
*serv. amitt. n. 6.* Dissentit Donell. *lib. XI. Comment. 3.*  
*civ. cap. 11. Ant. Fab. XIX, conj. c. 11.*

V. Dividitur tertio factum in verum, fictum &  
præsumtum. Fictum à præsumto in eo differt: quod illud,  
cum constet re vera factum non esse, perinde tamen po-  
testate juris habeatur, ac si factum sit, cum de hoc dubi-  
tetur, an revera factum sit, tamdiu creditur, donec pro-  
berur contrarium. Vide hæc exemplo stipulationis il-  
lustrata à Joh. Bapt. Cost. *dict. tract. insp. 2. n. 24. & 25.*  
*add. Pac. Isag. ff. solut. matrim. Anton. Fabr. Dec. LX. Err.*  
*pragm. 8. & 10. Dn. Hahn. observ. VVesenb. part. 1. p. 383. seq.*  
*Olsv. Hillig. lib. XV. Don. Enucl. c. 23. lit. B.* Dividunt  
porro factum in affirmativum & negativum s. ut dicit  
Gædd. abnutivum per *l. ubi autem 75. §. qui id. 7. ff. de*  
*V. O. & §. ult. Inst. eod.* Illud consistit in operatione qua-  
dâm. Hoc in omissione eius, quod fieri oportet, qua  
de re jam supra. Nob. Dn. à Felde *in suis Elem. p. I. cap.*  
*8. n. 7. Zas. ad l. 2. de V. O. n. 7.*

VI. Amplius dividuntur facta in cœpta & con-  
summata. Cost. *d. insp. n. 6.* Hug. Donel. *lib. XV. Com-*  
*ment. c. 23. sub. fin.* Item in propria & aliena. Vide Ictum  
Celebratissimum Dn. Christ. Philipp. Richter/Promoto-  
rem meum devenerandum *Part. 2. Decis. 99. n. 31. & seqq.*  
In explicita i. e. clara, & implicita i. e. intricata.  
Dn. Carpz. *prax. Crim. part. 1. quest. 49. n. 59. seqq.* sic &  
alia æstimabilia sunt, alia inæstimabilia. Cost. *d. insp. n. 25.*  
Inæstimabile factum committit is, qui vitam pudicitiam  
&c. alterius violat. Et hoc factum deterius est facto



æstimabili. Nam injustum, quod corrigi nequit, omnium  
pessimum est, querelas enim immortales & perpetuas  
gignit. Dn. à Felde *Elem. p. 2. artic. 12. de injust. partic.*  
VII. Denique facta alia sunt civilia, alia crimina-  
lia. Per Criminale factum intelligimus delictum, quod  
meretur pœnam. Et de hæc facti specie animus est in-  
præsentiæ agendi. Hæc facta autem delicta sc. du-  
plicis sunt generis vel publica vel privata. Illa jure Ro-  
mano ratione causæ efficientis & finis sic dicuntur à cer-  
tis quibusdam legibus, quibus referuntur inter judicia  
publica, quorumque persecutio cujuslibet; in specie cri-  
mina dicta *l. 1. l. quadam 14. ff. de pœnis* Donel. *d. l. Ren-*  
*nem. disp. 43. th. 8. & seqq.* Dn. Hahn. *in observ. ad ff. tit.*  
*de pact.* Hæc, quæ eò non referuntur, & propterea pri-  
vatam continent persecutionem *Zæf. ad tit. ff. de o. & A.*  
*n. 40.* Dn. Hahnus *obs. Vvesenb. part. 1. p. 425.* Hoc præ-  
clare Dn. à Felde his verbis ostendere studet. Ita com-  
paratū est, inquit, in civitatibus, ut circa nonnulla delicta  
hoc magis agatur, quo læsis satisfiat & corrigatur inju-  
stum ex commutatione invita subortū. Circa alia, ut ma-  
gis emendetur & tollatur vitiositas hominis. Et ad hoc  
posterius illustrandum appositissimo simili in seqq. uti-  
tur: sicut enim, dicit, in corpore humano, si causa  
morbi alicui parti corporis inhærens medicamentis tol-  
li possit, non ipsa pars corporis sed potius qualitas inhæ-  
rens & causa morbi existens removetur. Contra causa  
morbi parti cuidam corporis ita inhærens, ut nulla spes  
sit eam removendi, ne reliquas partes inficiat, resecatur.  
Ita quoque proceditur in Civitatibus, quarū velut mem-  
bra & partes quædā sunt homines. Homo ergò laborans  
vitio emendabili, pœnis quibus emendetur, afficitur; sin-  
autem nulla spes emendationis supersit, nec ulli dolo-  
res



res sufficiant ad vitium inhærens corrigendum; ipse quasi putrida pars refecatur, ne sinceræ partes trahantur. Conducit tamen & hæc pœna ad aliorum correctionem, qui punitorum exemplo moniti imposterum cautius mercari discunt. Honori Viri maximè Accurati hoc dedi, ut verba, quamvis longiuscula exseriberem, cui nempe me plurimum debere sentio. Extant autem in *Element. part. 2. lib. 2. art. 1. n. 6.*

VIII. Apparet ergò vocem: *pœna*, æquivocationem in se habere. Nam primò significat dolorẽ quendam, qui infertur vitiosis hominibus, quo vel ipsi imposterum à vitiosis actionibus desistant, vel alii etiam horum exemplo moniti. Vel pœna denotat satisfactionem, quod genus pœnæ non æq; infligitur, ut vitiosi homines corrigantur & à malis agendis abstineant, quàm ut satisfiat iis, qui læsi sunt. Elucescit nunc, quare quædam delicta nominentur privata, quia nim. pœnæ in gratiam privatorum inferuntur læsorum sc., quo iisdem satis fiat; quædam vero publica, propterea sc. quia pœnæ in publicis delictis publicè profunt, dum Civitatem purgant tollendo vel emendando vitiosos homines, quamvis, ut jam antè dictum, non diffiteamur apud Romanos propterea publica dicta fuisse, quia iudicium de hisce Pop. Rom. sibi reservaverat. Vid. Magnif. Dn. Struve *Jctus ex summis unus, Promotor meus honorandus Exerc. 49. th. 1.* Unde nominata sunt publica quasi populica.

IX. Diximus paulo ante in delictis privatis lædentem læso pro læsione facta quid præstare, quo ei satisfiat, & quod jam moneo, hoc fit propter obligationem. Addo quod & in delictis publicis obligationis effectus exhibeatur. Hoc declarat Magnif. Dn. D. Struvius in *syn. Jur. civ. exerc. 48. th. 3.* Qui delinquit, inquit



quit, perinde ut in contractibus voluntate & facto suo se videtur obligare pœnæ nec non restitutioni, quia crimen non potest esse non punibile, ac qui directè vult peccare, per consequentiam & pœnam mereri vult. Hocque confirmat ex rescriptis Severi & Antonini Imp. l. 34. Imperatores ff. de jur. fisci & sua mente puniri dicuntur rei in l. ult. C. ad L. Jul. majest. add. l. ult. ibi: nisi maluerit &c. C. de Coll. fund. patrim. & emphyt. junct. l. 22. ff. de R. N. conf. Fern. Vasquez. 11. Illustr. contr. 55.

X. Notandum autem est circa tractationem factorum illicitorum, iudici incumbere, ut probè perspiciat, ne duriores vel remissiores, quam factum mereatur, dictet pœnam. Sit in levioribus pronior ad lenitatem, in gravioribus legis severitatem temperamento benignitatis subsequatur. vid. Excell. Dn. Struv. Exerc. 49. th. 105. Normam vero optimam dare l. 16. §. 1. & seqq. ff. de penis & cap. 6. extra de homicid. viol. & cas. attestantur prædictus Dn. Struve dict. Exerc. & Dn. Erasmi. Ungepaur. p. m. in Comm. ad jus Can. d. loc. Horum autoritas nostræ meditationi haut parum inserviet, ad quam sic, DEO Triuno Duce, progressum facturi sumus.

## MEMB. II.

I. Summa ergò positio nostra esto: Quicquid homo facit, vel scienter hoc facit vel ignoranter arg. cap. 6. x. de homicid. viol. & cas. Quod scienter fit, fit ab eo quatenus homo est; Nam ob scientiæ qualitatem hic à cæteris rebus creatis tam anima præditis, quam eâ destitutis distinguitur. Cumque nulla bestia dicatur justè, vel injustè agere. Hugo Grot. de jur. bell. & pac. L. 2. cap. 21.



cap. 21. n. 11. it. in definit. fid. Cathol. cap. 1. & in d. tract.  
Grot. lib. 1. c. 1. n. 11. Joan Seldenus de jur. nat. & gent.  
sec. Disc. Ebra. lib. 1. cap. 4. & 5. Instit. si quadrup.  
paup. feciss. dicatur. Sed solus homo nomen justī vel in-  
justi habeat. Hinc sequitur, quia homo ob actiones,  
quas sciens non ignorans edit, à brutis differt, de eodem  
justum vel injustum rectè prædicari. Dn. Struve  
Exerc. 1. thes. 1. Dn. Zigler ad Grot. I. 1. II. p. 54.  
seq. Nob. Dn. à Felde p. 1. Elem. cap. 8. num. 6. Ubi  
inter alia, Homo, inquit, non quatenus animal est, aut  
corpus, aut bipes, causa injusti est, sed quatenus men-  
tem seu intellectum habet. Ob hoc enim, pergit, homo  
dicitur justus & injustus. Cætera autē animalia nec justa  
nec injusta sunt. Conf. Petr. Gostand. Phil. Moral. Epic.  
p. 1551.

II. Sola itaque scientia regulariter reddit homi-  
nes justos & injustos. Ignorantia verò efficit, ut nec justī  
nec injusti nisi per accidens dicantur, D. Thomæ p. I. a. p. IIe  
principalior qv. 6. artic. 8. B. Hornejus Phil. Mor. lib. III. cap.  
4. n. 12 & seqq. Nam ut tignū decidens de domo & inter-  
ficiens hominem prætereuntem, aut Leo aliquem discer-  
pens nomen homicidæ aut injusti non habet, nisi meta-  
phoricè. Ita nec homo ignorans non regulariter inju-  
stus aut homicida est. Qua in parte enim homo ex igno-  
rantia delinquens à tigno aut à Leone differat? conf. Jul.  
Clar. lib. 5. sent. §. fin. quest. 60. n. 13. Anton. Gomez. Tom. III.  
var. Resol. c. 1. n. 70. & seqq. Nell. de S. Gemin. tr. de Bannit.  
Temp. II. part. 3. n. 83. Ponamus: Furiosum ferire Amicum;  
Non furiosus propterea deliquit, ignorans enim hoc  
fecit ob defectum intellectus. Hinc mortuo comparatur  
l. qui ad certum 14. ff. loc. l. bonorum 21. §. 1. ff. rem ratam  
hab. & per omnia & in omnibus absentis & quiescentis  
B loco



loco habetur. vid. Dn. Carpz. *in prax. Crim. part. 3. qv. 118. n. 16.* Pet. Heig. *lib. 11. quest. 38.* Herm. Goehaulen *Per. Acad. part. 3. qv. 33. add l. 2. §. furiosus ff. de iur. Codicill. Boc. cap. 4.* Ejusmodi etiam ignorantiam in dormiente defendit Magnif. Dn. Richter Ordinarius Coll. ad Salam Juridici gravissimus *decis. 1. n. 188.* inquit: Furioso & infanti jungitur dormiens *in Clem. unic. de homicid. viol. iisdem etiam æquiparatur in l. 1. §. 3. ff. de A. vel. A. P.* Huc spectant ea, quæ Dn. à Felde de committentibus delictum ex mera naturali potentia & impotentia tradit; Infantes, furiosi, scribit, nullâ ob delictum publicâ poenâ affici possunt. Nam hos fati infelicitas, illos consilii innocentia tuctur. Infantes quippe destituti omni calliditate ex mera potentia naturali operantur; in furiosis verò cernitur quædam impotentia judicandi ex morbo quodam naturali proveniens. *p. 2. Elem. c. 1. memb. 1. p. 2. artic. 1.* par ratio etiam est in melancholico, modo summa melancholia & non simulata adsit. Hinc D. antequam poenam dictitant, Medicorum consilium implorare jubent, ut ex signis ejusmodi hominem concomitantibus judicium faciant. Testatur Dn. Carpz. *in prax. crim. p. 3. q. 118. n. 20.* in tali casu sæpius à Scabinis sic responsum fuisse. So wird billich bey dem Gefangenen mit Zuziehung gelehrter und erfahrner Aerzte aus seinen Reden und Geberden fleißige Erkundigung genommen/ wie es seines Verstandes halber um ihn eigentlich bewand/ ob er bey guter Vernunft und Recht vollkômlichen Verstande/ oder mit Schwermuth und melancholischen Gedancken beladen sey/ und wann solche Erkundigung mit Fleiß registriret und zu den Acten gebracht wird/ so erget darauß der scharffen Fragen wegen/ oder sonst was recht ist. *V. R. W. add. Heig. d. l. Paul. Zach. lib. II. 2q. medico-legal. tit. I. quest. 9.*

III. Ut



III. Ut ergò quis justus vel injustus dici possit, scientiam quandam requiri necesse est. Nec tamen omnes scienter delinquentes propter solam scientiam injusti dicuntur, sed praterea hoc etiam perpendendum, an fuerint principium motus: si enim quid egisse dicuntur, in quibus principium motus extitit. Dn. à Feld. *in præl. priv. ad tit. ff. de jur. & fact. ignor. add. Elem. p. 2. c. 1. n. 11.* Et hoc principium motus in omnibus actionibus humanis accuratissimè est attendendum. Potest enim actionem efficere, ut sit bona, mala & indifferens. Ita namque se res habet in omnibus in quibus diversus finis est præstitutus; Finis potissimum in puncto injuriarum est inspiciendus. Potest enim esse, ut verba, quibus tertius quidam utitur, in se & sua natura sint injuriosa, non autem propterea effusa, ut contumeliam inferant alicui. Finis hic si abest, nullam vim habet Actio injuriarum. Ponamus: Mævius Titium nominat nebulonem, furem, falsarium (his enim aliàs denotatur vitiosus homo,) infantem, aut Judæum (vox enim infantis per metaphoram significat imprudentem, Judæi, usurarium.) Quærimus an competat Titio Actio injuriarum adverso Mævium. R. Inquirendum est in finem, quem sibi propositum habuit Mævius: Si Mævius animum injuriantem induxerit, adversus ipsam jure permittente instituitur dicta actio. *l. illud relatum 3. §. sane 1. & l. seq. ff. de injur. l. si non l. qui liberos. 9. & seq. C. eod. Matth. Wesenb. in parat. ff. de injur. n. 8. Joh. Harprecht ad pr. Inst. de injur. n. 6. & ibi Joh. Schneidevvin n. 2.* Si verò verba joci loco à Mævio prolata fuerint, merito Actio injuriarum cessat; Nam finis Mævii non fuit, contumelia afficere Titium. Cessat etiam in alia justa causa dicta actio, si nimirum qualitas facti & conditio personarum injuriandi præsumptionem



nem excludat, puta, si quis contra testem excipiens causam infamiae ei objiciat; quod certò potius pro defensione sui juris, quàm ex animo injuriandi fecisse praesumitur. Vid. Dn. Carpz. p. 4. const. 42. def. 7. Ibi: Obgleich der Advocat von dem eure Frage meldet/ den Mann dessen gleicher Gestalt in eurer Frage gedacht wird darumb zum Zeugen verworffen: Daß er ein öffentlicher Bucherer/ und derowegen als eine anruchtige Person zum Zeugen nicht zulässig seyn solte. Diemweil es aber dennoch zu Recht davor gehalten wird. Daß solches nicht animo injuriandi, sondern zur Erhaltung seines Rechtes geschehen. So mag er auch derowegen zum Wieder-ruff oder in einige Straffe nicht verurtheilet werden/es könnte denn der obgemelte Mann/ wie recht beweisen/ daß der Advocat solches vorsehlichen und in Gemüth und Meynung ihn zu schmähen gerhan/ auff den Fall wird er billich damit gehöret und zugelassen V. R. W.

IV. Videamus qualis Finis huic caui insit: Furatus Paulus est meum anulum. Conqueror de hoc coram Magistratu. Paulus (postquam furtum ab eo perpetratum esse probavi) in pœnam & restitutionem anuli condemnatur. Hòc factò audet actionem injuriarum contra me instituere. Sed iniquè instituitur. Nam non feci injuriam Paulo, sed potius mihi & Reipublicae consului. Mea enim interest: rem meam habere. Reipublicae, ut delicta detegantur & puniantur Cic. epist. 15. ad Brutum. Hinc Carpz. Nisi per justitiam distributivam prœmia bonis, pœnæ malis ac facinorosis irrogentur, LL. in extremum deducuntur contemptum, ac consequentiã necessariã Respub. pessum ire cogitur. Nec unquam graviores Civitatum motus, frequentiores Rerumpubl. interitus, quàm utriusq; rei contigerunt neglectione p. 3. qv. 101. n. 2. Verum cavendum est, ne de-  
rectio-



tectiones fiant in cauponis aut plateis, sed loco judiciali.  
Ita finis diversitas diversas gignit actiones; Ita sc. ut u-  
num idemque verbum mox sit injuriosum, mox verò  
non. Dn. Eichel. *in prælect. ad tit. ff. de his qui sui vel al.  
jur. sunt.* Finis ergo (qui Practicis Animus vocatur) in  
omnibus actionibus humanis præprimis notandus venit:  
Nam si noverimus, cujus gratia quid factum sit, justio-  
rem poenam factio applicare possumus. Hinc etiam fluit  
ratio, quod quendam occidere mandans poenæ homici-  
dii non eximatur, sed æquè teneatur ac si ipsemet violen-  
tas manus intulisset. Vid. Carpz. p. 4. cap. 6. *defin. 6. in  
præj.* Hat inquisit bekand und gestanden: Daß er D.R. zu-  
erschossen und umzubringen befohlen/welches auch darauff er-  
folget und geschehen/da er nun auff seinen gethanen Bekand-  
niß vor Gerichte freywillig verharren oder doch sonsten/wie  
Recht/ überwiesen würde. So möchte er derowegen/ daß  
solche Mordthat auff seinen Befehl geschehen mit dem  
Schwerdte von Leben zum Tode gebracht werden. V. R. W.  
Nam quod quis per alium facit per seipsum facere cen-  
setur *l. qui facit 72. de R. I. in 6. l. is. damnum 169. ibiq;  
Dec. ff. de R. I. Salyc. in l. non ideo minus C. de Accus.*

V. Proxima huic est altera positio: quod homo,  
quicquid agit, vel sponte agat vel invitus. Arist. *lib. III.  
Eth. ad Nicom. c. 1.* Sponte quid facere homo dicitur,  
quando sciens & volens principium motus existit τὸ ἐκ  
ἐκείνου, ἢ ἡ δὲ χη ἐν αὐτῷ. εἰδόντι τὸ κατ' ἕκαστα ἐν οἷς ἡ πρῶξις,  
dicente Philosopho, *d. l. Add. lib. 1. Rhet. cap. 10.* In-  
vitè verò, quando vel ignorantia, vel coactione ductus  
agit. ἀκέραιον τῶν βιαίων καὶ δι' ἀγνοίαν, *d. l.* Qui scienter cum  
voluntate spontanea agunt, vel agunt mediante consul-  
tatione vel sine consultatione. Nam ut rursus Arist.  
ἢ πρῶξις, ἢ τῶν δὲν πῶ, ἀλλ' ὅτι πλέον τὸ ἐκείνου: Nec  
B 3 enim



enim idem est consilium cum spontaneo, sed hoc illo  
 latius patet. *d. l. cap. 2.* Per consultationem media ad  
 finem ducentia quarimus, (quia ἡ μετὰ σέβου τῶν πραγμάτων  
 τέλει) quibus inventis appetimus & secundum hunc  
 appetitum operamur, qui appetitus græcis μετὰ σέβου vo-  
 catur, cujus sedes in voluntate; cum contra præcedentis  
 consultationis, quam Philosophus *d. l. δόξιν* vocat, subje-  
 ctum sit intellectus, quæ tamen intra objectivè nulla dif-  
 ferentia. Hornejus *lib. III. Phil. Mor. c. 4. n. 24.* Si ergò  
 finis ad læsionem alterius tendens objectivè malus est,  
 consultatio etiam est mala, quæ alias sub nomine doli  
 mali venit. Vid. Thom. *Ia. IIa. qv. 18. art. 4. & qv. 20.*  
*art. 2.* De hujus doli mali malitia legatur Dn. Struv.  
*Exerc. 8. thse. 24.* Placet solum addere, quod do-  
 lus (intellige malum) sit consilium de altero injustè læ-  
 dendo susceptum. Quæ doli significatio generalis est,  
 ut omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad  
 circumveniendum fallendumque alterum adhibitam  
 complectatur. *l. 1. §. dolum in f. ff. de dol. mal.* Lud.  
 Mol. *Tom. V. de I. & I. tr. 2. disp. 203. n. 1.* confer. Cels. Bar-  
 gal. *de dolo lib. 1. c. 3. & seqq.* ut ita dolo malo dicantur  
 facere, quos scienter sponte & prævia consultatione de-  
 prehendimus aliquid fecisse, quod lædit proximum.  
 Ejusdem dolus apparet in ejusdem formulis pronun-  
 tiandi: Hat Inquisit gestanden und bekand/ daß er am  
 nechst vergangenen Christ-Tage Vormittage unter der Pre-  
 digt sein eigen Häußlein mit einem brennenden Strowisch  
 vorseßlichen angesterkt zu dem Ende/ daß auch seines Nach-  
 bauern Hauß zugleich mit anbrennen sollte re. Dn. Carpz-  
 p. 4. *const. 17. definit. 2.*

VI. Sine consilio, sed sponte tamen & scienter  
 agunt qui impetu magis, quam ratione ad agendum  
 im.



impelluntur τὰ ἐξ αἰφνης ἐκείνα μὲν λέγομεν καὶ παρορσεῖσιν δ' ἔ.  
*Arist. d. c. 2.* quales sunt, quos cupiditas similesq; adfectus  
praesertim vehementiores urgent, ut iis superati vix aliter  
operari queant. Sunt autem adfectus pro diversitate  
appetitus alii concupiscibiles, alii irascibiles. Vid. *Arist.*  
*lib. II. Rhet. c. 2. seqq.* Inter illos vehementiores sunt:  
Amor, gaudium, dolor. Inter hos: Desperatio, Metus,  
Ira. Enim vero ἡ κατὰ τὰ διὰ θυμὸν καὶ παρορσεῖσιν εἶναι δοκεῖ,  
dicente eod. Philosopho *lib. III. Eth. c. 2.* Nequaquam,  
inquit, consilio facta videri possunt, quæ per iram fiunt.  
Unde etiam non ordinaria, sed pro ratione circumstan-  
tiarum arbitraria poena adfici solent, qui per æstum ira-  
cundiæ peccant. *Bal. ad l. Imperator 18. ff. de stat. hom.*  
*Andr. Tiraquel. tr. de pœn. leg. temper. aut remitt. caus. 1.*  
*n. 1. seqq.* *Ant. Thesaur. Decis. 178. n. 4.* *Bened. Carpz.*  
*part. 1. decis. 95. n. 13.* Qua ratione & Maritus adulterum  
uxoris interficiens non ordinaria capitis poena plectitur.  
*Observ. Carpz. d. l. post Lud. Molin. Tom. IV. de I. & I.*  
*tr. 3. Disp. 99.* *Lud. Gilhaus. arb. judic. crimin. tit. de ho-*  
*mic. n. 37.* Sic propter metum extraordinariam saltem  
coercitionem patitur servus vel subditus, qui jussu Ma-  
gistratus vel Domini aliquem interfecit. *Dd. ad l. liber*  
*homo pr. ff. ad L. Aq. Tiraquel. d. l. caus. 36. n. 2.* *Reinh.*  
*Bachov. vol. II. ad Trentl. Disp. 27. th. 3. lit. G. conf.*  
*Sigism. Witt. conf. 4. n. 6. in Consiliis criminalib. Thom.*  
*Mezgeri.* In desperatis verò vel imprimis cessat rationis  
usus, quibus nempe nihil esse impetuosius *Vespas. Imp.*  
haud ignoravit apud *Fl. Joseph. lib. 1. de bell. judaic. cap. 3.*  
Et quos ultima necessitas in rabiem vertit, dicente *Paul.*  
*Jovio lib. 1. Hist.* scilicet multum contra justitiam ne-  
cessitas valet, teste *Quintiliano, declam. 260.* *Andr. Tiraqv.*  
*de Retract. Cignagier §. 25. Gloss. 1. n. 20. seqq.* Qua ratione  
non



non tantum Jcti sed & Theologi ad desperationem vitæ  
urgentissima necessitate compulsos aut excusant à regu-  
lari pœna, aut absolvunt. Paul. Layman *lib. III. Theol. Mor.*  
*tr. 3. p. 1. c. 1. n. 8.* Lessius *de I. & I. lib. II. cap. 12. 1. 12.*  
Cardin. de Lugo *Tom. I. de just. & jur. disp. 16. fact. 7.*  
Lud. Gilhaut. *l. c. tit. de furt. n. 35.* Carpz. *prax. Crim.*  
*p. 2. qu. 83. n. 40. seqq. conf. idem lib. 6. tit. 9. respons. 94.*  
Dolor etiam vix frenos capit, judice Atræo apud Se-  
necam *in Thyeste act. 3. sc. 1.* & difficilimum est, justum  
dolorem temperare, dicente ipso D. Antonino Marco  
*in l. si adulterium 38. §. 8. ff. ad l. Jul. de vi publ.* Hinc  
non immeritò & justus dolor factum relevat *l. Grachus 4.*  
*in fin. C. eod.* ac mitius puniuntur, qui dolore commoti  
delinquant, *Jul. Clar. lib. V. sent §. fin. qu. 60. n. 19.*  
Tiraqu. *de pœn. leg. mitig. caus. 1. n. 22.* Christoph. Besold.  
*vol. 1. consil. 28. n. 47. seq.* Carpz. *d. l. p. 1. qu. 29. n. 30.*  
Quid porrò de gaudio dicemus, cujus tanta quandoque  
vehementia, ut quibusdam causa mortis extiterit. Fer-  
tur *quedam*, inquit Seneca *viso contra spem filio ex-*  
*spirasse: si ad mortem agit matres magnum gaudium,*  
*quid magnus dolor.* Denique & amor furoris species est,  
test. Platone *in phædro* apud *Jul. Clar. d. l. n. 10.*  
cujus etiam sententiam de mitius puniendis delictis pro-  
pter amorem perpetratis sequitur *Petr. Heig. lib. II. quest.*  
*38. confer. omnino Tiraqv. d. l. caus. 4. ubi. n. 3.* cum ex-  
cusat, qui, ut quâdam muliere potiretur, quam deper-  
ditè adamabat, magicas imagines confecerat, damo-  
nesque invocarat. De cujus generis sortilegio ejusq;  
effectu legendus *Paulus Ghirlandus Tr. de sortileg. qu. 3.*  
*num. 15. & seqq. add. etiam Dn. Carpz. d. l. part. 2.*  
*qu. 61. n. 89. Prosp. Farinac. part. 3. Pr. Crim. qu. 48.*  
*num. 79.*



VII. Atque hæcenus de Actionibus spontaneis  
ἀνευ προαιρέσεως, quas qui committunt, non dolo agunt,  
quamvis sponte agant. Atque ex his jam abunde pa-  
ret, omne proæreticum esse spontaneum quidem, licet  
spontaneum non sit proæreticum.

VIII. Invitè autem vel ignoranter dicimur age-  
re, si coactè agimus. Coactè agimus, quando co-  
gnitio quidem adest, abest tamen voluntas, quod con-  
tingit si in altero est principium motus. βίαιον ἢ ἢ ἀε-  
χὴ ἔξωθεν, ἐν ἣ μὴδὲν συμβάλλεται ὁ πρῶτος, ἢ ὁ πάσων. Sunt  
verba Philosophi *d. l. 3. cap. 1. n. 5. Add. lib. 1. magn. mor.*  
*cap. 15. Dn. Eichel. in pral. publ. ad tit. ff. de his qui sui vel*  
*alien. jur. sunt.* v. g. Si quis meam manum regat tali mo-  
tu, cui resistere nequeam, & colaphum infligat Titio,  
non ego injuriæ realis reus sum, sed is, qui meam ma-  
num movit. Nam in me nullum principium motus  
extitit, sed planè in alio, invitus enim hoc feci: Unde  
Dd. talem penitus absolvunt ab omni pœna, cum pati  
potius, quàm agere videatur. Vid. Tiraqu. *d. caus. 36. n.*  
*5.* Ignoranter agimus, quando intellectus iudicio ope-  
ramur, qua de re jam supra. Et hoc est, quod statim  
ab initio diximus, hac in re hominem sic operantem  
convenire cum bestiis. Hinc fluit, quod ex ignorantia  
delinquens non æquè pro injusto habeatur, ac is, qui  
scienter ac dolo malo quid commisit. Non ta-  
men omnis ignorantia planè excusat. Nam à non-  
nullis scientia exigi non potest, à quibusdam justè pot-  
est, nempe in quibus ipsa ignorantia culpa est.  
Quamvis enim homo ignorans bestię similis videatur,  
& ob id non injusti reus dicitur, quia ignorans fecit, si  
tamen ille suæ ignorantię sciens & volens causa est, cen-  
setur quid fecisse ut homo. Exemplum nobis prabet  
C ebrius,



ebrius, ponamus: Titium ebrium ignorantem occidere Sempronium. Homicidii hujus causa est ignorantia, ignorantia ebrietas, ebrietatis homo; quod sciens & volens exhauserit pocula. Non est profecto hæc actio habenda pro tali, quæ fit *di' ἀγνοίας*, per ignorantiam, licet quis *ἀγνοῶν* seu ignorans eam committat. Arist. *d. cap. 1. Eth. n. 36.* Scientia enim & voluntas sese in ebriantis hanc ignorantiam pepererunt. Inde qui sciens & volens ignorat, merè ignorans non est, nec veniam aliquam mereri potest. Quamquam si *μεγαίεσις* seu consilium se inebriaturi, non directè tendat simul in ipsum homicidium, ut idè quis se velit vino ingurgitare, quo forte eò excusatius homicidium committat, sed de nulla ejusmodi cæde cogitans, solum propositum habeat se inebriandi, quia malitia hujus objecti moraliter, certè civiliter, tanta non est, atque prioris, ipsum quoque factum minus flagitiosum ac punibile non meritò habebitur, quamquam hoc ipsi imputari possit, quod non pensitaverit ex ejusmodi magna ebrietate tale facinus posse oriri, maximè, si sciat, sibi ebrio facile bilem moveri. Carpz. *Prax. Crim. p. 3. q. 146.* Atque hoc est, quod à dolo quidem, non verò à culpa excusare dicatur extrema ebrietas, arg. *l. perspicendum 11. §. delinquitur. 2. vers. impetu. ff. de pænis.* & quod ejusmodi homicidium similevè delictum ab ebrio patrum extraordinaria pœna soleat coerceri. *l. omne 6. §. qui se 7. ff. de re milit.* Prosp. Farin. *qu. 20. n. 51.* Jul. Clar. *in §. fin. qu. 60. vers. praterea.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 4. cap. 326. n. 2. & lib. 6. presunt. 23. n. 66. seqq.* Anton. Gomez. *var. resolut. tom. 3. cap. 1. n. 73.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. in pr. n. 48. ff. ad L. Cornel.* Andr. Tiraqu. *in tract. de pæn. temp. aut remitt. caus. 6. n. 11.*



n. 17. Anton. Hering. *de Fidejuss. cap. 7. n. 132.* Angel. Aretin. *in tract. de malef. verb. scienter & dolose n. 17.* Sic in puncto blasphemantium ita rescriptum à Scabinis Lipsiensibus. Teste Dn. Carpzov. *P. 1. q. 45. n. 60.* Sie möchten derowegen beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden. Sie köndten denn/wie recht erweisen/das sie also truncken gewesen/das sie von ihren Sinnen und Vernunft nicht gewust/und übriges Truncks halber derselben nicht mächtig gewest/auff solchen Fall ergienge alsdenn der Linderung ihrer Straffe was recht ist. *B. R. B.* Ob rationem paulò antè exhibitam, quod ejusmodi delinquens (dum scienter exhaust pocula) merè ignorans non sit.

IX. Porro qui cum posset inquirere, & inquirendo sibi cognitionem parare, negligit autem hoc ipsum, nec inquit, ille sciens & volens redditur ignorans, & quicquid ex illa ignorantia facit, non facit ex mera ignorantia, sed ex ea, cujus principium & causa fuit. Hanc ignorantiam vincibilem vocant Scholastici, qualis plerumque est *ἡ κατὰ νόμον*, ut Arist. vocat *d. cap. 1.* id est Universalium, *Juris ignorantia juris dicta, rubr. & l. 1. §. 1. ff. de J. & J.* Culpa ex ejusmodi ignorantia descendens varios gradus accipit & modo major est, modo remissior. Equidem juris naturalis & gentium, quod vocant, ignorantia à quovis non immeritò pro supina & affectata habetur, vixque à poena aliquem absolvere aut excusare solet *l. 2. C. de in jus voc. Ubi in resol. difficill. text.* vide Nobiliss. Dn. D. Schröterum Promotorem & Præceptorem meum colendisimum. *rat. decis. 1. conf. Alex. Trentacinq. lib. 1. pract. Resol. tit. de LL. resol. 2. D. Hahn. ad Vvesenb. ff. de Jdiēt. n. 13. p. 271. seq. D. Brunnem. ad tit. C. de interd. matrim. int. pup. & tut.*



pag. 404. a. Nullus, inquit Chrysoſtomus, *Homil. 54. in Genes.* prætexat, quod ignorans virtutem negligat vel quod non habeat aliquem vitæ ducem & demonstratorem. Nam simul cum formatione hominis implantata est scientia faciendorum & non faciendorum. Jam est, quod ait in *Therapeuticis Theodoretus Tom. IV. serm. 12. p. 669. edit. Paris.* Ἀπλάσας τοι τῶν ἀνθρώπων τὸ ἕρῳ ὁ ποιητὴς, ἐντέθεικε τῇ φύσει τὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων ἀγνοῶσιν. Quatenus tamen alia rectæ rationis dictamina evidentiora, alia obscuriora sunt; quæ læpè non nisi post plurimas meditationes patent, eatenus etiam magis minusvè peccasse dici potest, qui per ignorantiam juris naturalis aliquid secius committit. Pertinent huc, quæ Franc. Suarez *disputat. lib. II. de LL. cap. 8.* Quoad jus Civ. positivum distinguenda sunt cum Hahnio *ad tit. ff. de J. & Jur.* (1) ea, quæ omnes Reip. subditi scire facillè possunt & debent, (2) quæ non nisi exactâ diligentia & consilio Peritorum Juris cognoscuntur. (3) quæ hic vel ille homo ratione suæ conditionis cognoscere certis casibus nequit. Primitivæ culpæ, quæ & dolo æquiparatur, rei sunt *l. 9. C. de LL.* Secundi levi culpa peccant, quod, cum facultatem consulendi peritiores habeant, non tamen consulant. Vid. *l. 2. §. fin. ff. quis ord. in bon. poss.* Postremos ab omni pœna immunes dixeris, cum non peccent agendo, neque haud inquirendo in id, quod impunè nesciunt. Conf. Hug. Grot. *de J. B. & P. c. 11. n. 4.*

X. Facti ignorantia interdum talis est, ut haut magno negotio evitari possit, ut si quis ignoret, quæ ipse egit, haut facillè ignoraturus, si rerum suarum paulo attentior fuisset. Hinc vix est, ut facti propria ignorantia excuset. Nec enim supina ignorantia fer-

ren-



renda est factum ignorantis, dicente Ulp. l. 6. ff. de J. & F. 7. Vid. tamen Jacob Menoch. lib. VI. presunt. 23. Paul. Christinæ. vol. 2. decis. 69. Hug. de Roy. de eo, quod just. est, lib. 3. tit. 8. Sigism. Finckelthuf. observ. pract. 8. n. 8. & 114. Facti verò alieni ignorantia quamquam & hæc sæpè evitari possit, hincque non rarò coercionem mereatur. Vid. Dd. ad §. itaque 4. & seqq. Inst. ad L. Aquil. Menoch. d. l. Jo. Vinc. Honded 2. Consult. 80. Plerumque tamen talis est, ut involuntarium seu invitam actionem pariat & propterea nec pœna ordinaria (modo nō ex cæteris singularib9 aliquis consensus appareat) præcisè locum habet. Casus esto: Venatum it Titius, videns quiddam sese movens in sylva, conjicit esse bestiam, trajicit ergò globulo, postea accurrit, sed in effectu videt hominem occidisse. Quæstio jam est, an miser Titius ordinariâ pœnâ sit plectendus? Dico quod non. Nam si scivisset hominem fuisse, non occidisset eundem. Unde patet ignorantiam Titium ab ordinaria pœna liberare. Et hoc ipso in casu hîc 1646. responsum esse testatur Magnif. Dn. Richter decis. 2. n. 2. quod responsum adpono: Würde Thäter Hans Großmann auff vorgehende gnugsame Verwahrung vor der schweren Straffe des Meinesdes/inmassen er zu thun schuldig/sich reinigen/das er keinen Vorsatz gehabt Veit Martin zu erschessen/ auch nicht gewust/ das derselbe im Gebüsch gewesen/ sondern vermeinet/ das ein wild Schwein oder Wolff vorhanden und darnach geschossen. So were er zwar mit ferner inquisition und Bestraffung zu verschonen / er ist aber gleichwohl des Entleibten nechsten Befreunden ein ganz Wehr-geld zu bezahlen / und darneben die Gerichts-Kosten abzustatten schuldig. Ratio nunc etiam ex allato præjudicio deducitur, cur hic extraordinariam pœnam luere



cogatur, fortasse, quia non omnem diligentiam adhibuit in præcavendo hoc malo. Culpa enim aliqua licet levissima interveniente & præcedente, quædam locum habet pœna. Petr. Theod. *in Coll. crim. disp. 7. th. 5. lit. C.* Jodoc. Damhoud. *in Prax. Crim. cap. 84. & 85.* Ant. Gomez. *tom. 3. var. resol. cap. 3. n. 16.* Jacob. Menoch. *de arb. jud. quest. lib. 2. cas. 324.* quamvis non ordinaria, tamen extraordinaria. Ordinaria namque ob carentiam doli non obtinet. Jodoc. Damhoud. *d. cap. 85.* Anton. Gomez. *d. cap. 3. num. 16.* Jul. Clar. *§. homicid. n. 3.* Farin. *qu. 126. n. 42.* Extraordinaria verò ob culpam, quæ causam mortis sequitur præbuit, non est condonanda. Covarr. *ad Clem. V. de homicid. part. 2. relect. in §. 1. sub n. 1.*

XI. Planè si ignorantia non versetur circa corpus delicti, sed circa leviozem quandam circumstantiam, nihil est, quod ejusmodi delinquentem excuset, cum maximè delinquendi habuerit propositum. Unde si quis Titium, quem Paulum infensissimum sui esse credebat, feriat, deinde apparet Titium à se occisum esse. Nam nec fas erat occidere Paulum. Ad hæc non tam ratio est habenda in crimine homicidii personæ occisæ, quàm animi & propositi occisoris Dn. Carpz. *p. 4. Const. 6. def. 2.* id quod præjudicio ibi confirmatur. Hat Inquisit bekant und gestanden/das er mit seinem Brod-Messer / welches er zu dem Ende aus dem Hosent gezogen/das er Wolff Reimbden damit stechen wollen/ C. H. Eheuweibe einen Stich zugesüget/davon sie wenig Tage hernach verstorben. Da nun NN. auff seinem gethanen Bekantnis vor Gerichte freywillig verharren / oder des sonst wie recht überwiesen würde / so möchte er wegen solcher begangenen und bekanten Entleibung / seines dawider gethanen



nen Fürwunders ungeachtet / in deme er fürgeben / daß er es  
nicht gerne gethan / sondern obgenanten Rembden stechen  
wollen / weil er auch hierdurch einen Todtschlag begangen /  
wiederumb mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode ge-  
strafft werden. *V. R. B.* Aliter se res habet, quando  
licitum est quendam occidere, & erratur, quod fieri  
potest in acie, tunc enim præsumtio militat pro occi-  
dente. Potest etiam præsumtio esse contra occisorem,  
si occisus signum amici gestaverit, nisi illo tempore  
factum sit, ubi signum vel non videri vel ob strepitum  
tumultus non audiri potuit. Recenset Dn. Eichel. e-  
jusmodi militare singulare, quod apud Castellam conti-  
git. Ubi miles Cæsarianus stans in vigiliis vigiliarum  
summum Præfectum den General-Wachmeister seinen  
Herrn / weil Er das Wort nicht hat von sich geben wollen /  
credens esse hostem, occidit. Hoc sanè in casu non  
statim innocentia occidentis apparet. Potest enim u-  
nica facti circumstantia vel dolum vel culpam quan-  
dam producere. Probè ergò præprimis in Criminali-  
bus dolus & gradus culpæ investigandi sunt. Prout  
namque est scientia & ignorantia delicti, ita se habet pœ-  
na. Hos gradus verò invenire non minimæ est pru-  
dentia. Hinc Judicibus incumbit, ut Collegia Jcto-  
rum adeant tuansmittendo acta & super hæc consilia eo-  
rum petendo. Sic videre est, quomodo jam pœna dicte-  
tur gravior, jam remissior, jam nulla. Ratio jam data  
ex causa doli & gradibus culpæ præstò est. Dolus enim  
culpaque pœnas distinguunt, quod ex eo patet, quan-  
do in puncto homicidii lata culpa dolo non æ-  
quiparatur. *l. in L. Cornel. Ubi gloss. Bartol. Hippol.*  
*de Marfil. ff. ad l. Cornel. de Sic. Alciat. in l. magna*  
*n. 3. ff. de V. S.* Et in aliis delictis quoque, in quibus  
cor-



corporis poena locum sibi vindicat, lata culpa minime sufficit ad imponendam poenam ordinariam. Bartol. in l. quod Nerva num. 20. ff. depos. & in L. Cornel. ubi Hippol. de Marsil. ff. ad L. Cornel. de Sic. Salyc. in l. 1. n. 6. C. eod. tit. Angel. de malef. in verb. scienter & dolose n. 1. & 4. Dec. in l. de action. n. 19. de in lit. jur. Blanc. in pract. §. visis iudiciis 137. Multo minus levis & levissima. Quibus modis autem gradus illi sint quaerendi, dictu est difficile. In genere hoc colligendum est ex diligentia, cui si tu studuisses, ignorantiam potuisses evitare. Si saltem mediante levi diligentia ignorantiam effugere potuisses, tunc pro crasso ignorante haberis. Si factum majorem requisiverit diligentiam, tunc ignorantia est excusabilior. Si maxima opus fuerit, etiam ignorantia quam maxime excusanda venit. Si demum maxima malum impedire non potuisset, ignorantia plane excusatur. Dn. Eichel. sep. cit. loc. ad ff. Cels. Barg. tr. de dolo lib. 5. cap. 2. n. 47 seqq. Semper igitur circa materiam actionis consideratio jam praemissa sic est instituenda.

XII. Porro & aliunde delictorum poenae intendi minui possunt, & primo respectu objecti, quod delinquendo violatur, atrocius quiddam est, quo id est perfectius ac nobilius, quod per illud destruitur. Quo enim melius est, quod evertitur, eo pejus est, quod evertit. Est autem melius quod perfectius est. Hinc plus iniusti committit occidens partem vivam, quam nondum adhuc viventem. Inest enim illi perfectius bonum nim. anima, quae demum embryoni ad certum statum provento immediate à Deo infunditur. Quae sententia Excell. Zeisoldi nostri, aliorumque saniorum Philosophorum haut dubie verior illa, quae nescio quem



quem traducem commiscitur. Cui proinde & plerique  
Juri accedunt. Paul. Vivius. *decis. Neapol. 82.* Jo. Har-  
precht. *ad §. item Lex Corn. num. 21. & seqq. inst. de publ.*  
*jud. Paul. Zacch. quest. medicolegal. lib. 1. tit. 2. qu. 10.* Inde  
etiam poena, quæ applicatur, rigorosior ejus est quæ vi-  
vum partum perimit, quàm quæ nondum viventem  
tollit. Vid. in confirm. meæ positionis Constit. Elect.  
Div. Aug. 4. part. 4. Wenn vorsehlich durch Getränke etc.  
Cui Dn. Carpz. d. part. dict. Constit. defin. 4. sic præjudi-  
cium addit: Hat Inquisitin bekant / daß sie wohl gefüh-  
let / daß eine lebendige Leibes-Frucht bey ihr vorhanden / und  
nichts desto weniger sich im Grase hin und wieder gewelket /  
auch den Leib mit beyden Händen zusammen getruet und  
geknippen / daß das Kind des Todes davon seyn müssen etc.  
So wird sie nach Gelegenheit disfalls mit dem Schwerdte  
von Leben zum Todte billich gestrafft und hingerichtet. V.  
R. W. Host. in sum. x. de homicid. n. 1. §. 1. post med.  
vers. in hoc etiam casu. Jodoc. Damhoud. in prax. rer.  
Crim. cap. 74. n. 12. Prosp. Farin. part. 5. oper. Crim. qu. 122.  
n. 144. Alber. Gentil. ad l. 1. C. de malef. & mathem.

XIII. Est & injustior is, qui lædit quoddam di-  
gnius, quàm qui vilius offendit. v. g. Magistratui infe-  
rens injuriam magis peccat, quàm vili homini hanc  
inferens. Propterea etiam ejusmodi delinquens gra-  
viori afficitur poenâ l. prator edixit 7. §. 8. ff. de injur.  
Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. cent. 3. cas. 263. n. 5.  
add. Constit. D. Aug. 43. part. 4. Wenn jemand in Lerm re.  
de cujus Constit. declaratione legas Dn. Carpzov.  
Prax. Crim. p. 2. qu. 100. n. 5. & seqq. Conf. & Matth. Ber-  
lich. part. 5. conclus. 66.

XIV. Huc spectat etiam illud, quod is maioris deli-  
ctum committat, qui hos offendit, quibus defensionem  
de-



debet. Nam injustissimum est lædere hos, quibus tamen ex naturali misericordia auxilio obligati sumus. Quales personæ sunt: Senes, foeminae, ægroti, pauperes mendicantes, infantes. Hinc fluit etiam, quod asperior pœna lædentes hos expectet.

XV. Denique superaddendo adjicimus: Eò injustiorem quemq; esse, quò majoris æstimationis est objectum, quod tollitur; Imò illum injustissimum esse, qui destruit quiddam nullam ob suam bonitatem æstimationem recipiens. Nam quo majoris æstimationis est objectum, quod removetur, eò majus inde oritur injustum, & per consequentiam etiam injustum majorem requirit pœnam, maximam autem si objectum nullam æstimationem ob insignem bonitatem recipit. &c. quæ omnia latissimè per plurima Ddum testimonia extendi possent, si temporis ratio id pateretur.

XVI. Quin potius viso objecto actionis per se jam & secundò quantitatem ejus ac qualitatem breviter respiciamus, quarum momenta non parum quoque conferunt ad augmentum vel deminutionem delictorum. Quantitas namque discernit furem ab abigeo. Surripens enim suem ut fur coërcetur, sed gregem ut abigens. *l. 16. §. 7. ff. de pœn.* Hinc quantitas etiam suadet, qualis pœna adhibenda sit. Nam cum abigeatus, prout jur. Civ. sumitur, gravius crimen sit, quàm furtum simplex, etiam gravior pœna locum habet. Hoc etiam in crimine abigeatus ratione qualitatis præbet rationem augendæ pœnæ, quod furtum simplex committatur etiam sine singulari artificio, abigei verò jur. civ. illi sint, qui abigendi studium quasi artem exercent, equos de gregibus & boves de armentis abducentes. *Matth. Wesenb. in parat. ad ff. de abig. n. 1.*  
Hen-



Henric. Boc. *tract. de furt. cap. 2. n. 167. & seqq.* Dn. Car-  
pzo. *in pract. Crim. p. 2. q. 86. n. 29.* quod autem crimen  
ab arte aliqua provenit fædius est tanquam à firmiori  
habitu & majori calliditate proveniens vid. Excell. Dn.  
à Feld. *in Elem. p. m. 92.* Qua de causa etiam cum jur.  
Rom. furtum esset delictum privatum, abigeatus tan-  
quam crimen extraordinarium interdum gladio puni-  
tum est, interdum in metallum ejusmodi rei damna-  
ti it. in publicum vel perpetuum vel temporarium  
dati sunt. Honestiore verò loco nati vel ordine mo-  
ti vel relegati sunt. *l. 1. in pr. & §. quanquam ff. de abi-  
geis.* Azo *in summa rubr. de abig. n. 3. vers. sed ubi fre-  
quentius.* Hodie verò abigei ut alii fures infelici ar-  
bore suspenduntur, quod docet subsequens præjudici-  
um ex Dn. Carpzo. *pract. Crim. p. 2. q. 86. circ. finem de-  
sumptum:* Hat M. L. in guten bekant und gestanden: Daß  
er Friedrich von Haecken 56. Schafe / das Stücke auff einen  
Thaler geachtet / von der Weide getrieben und gestohlen etc.  
und der Gefangene würde auff fernern gethanen Bekantnis  
vor Gerichte freywillig verharren / oder des sonst wie recht  
überwiesen. So möchte er von wegen solches begangenen  
und bekanten Diebstals mit dem Strange vom Leben zum  
Tode gestrafft werden. B. X. W. Conf. de moribus  
Frisiorum Johan. à Sande *lib. V. decis. Fris. tit. 9. defn. 9.*  
Nam si servaretur gladii vel alia in jur. Civil. fundata  
pœna, mitius punirentur, quàm cæteri fures, quod im-  
pium nostris temporibus visum fuit.

XVIII. Multum igitur efficit qualitas in delicto,  
quod fufius patet ex eo facto: Si v. g. aliquis sævitia  
quadam adhibita occidat, quis negaret, hunc delin-  
quentem non gravius puniendum esse simplici  
homicida. Nam vitium in eo majus est, qui non con-

D 2 ten.



tentus morte alicujus, crudelitatem in corpore occisi exercet illud multis vulneribus dilaniando, membra abscindendo, ut eo miserius corpus occisi appareat. Huc spectant ea, quæ supra de spontanea, it. de invita operatione, it. de doli & culpæ gradibus dicta sunt. Referimus itidem ad hunc locum delicta vi commissa & facta clandestina &c. (ut quæ tanquam ex vitio magis proæretico & insidioso profecta simplex homicidium excedere & pœnam plus quàm ordinariam mereri videntur) Hæc omnia consideratione qualitatis à Judice observanda veniunt, quia qualitas intentionem agentis demonstrat. Magnif. Dn. Richter p. 1. decis. 64. in fin. Nam si quis neget se animum occidendi habuisse, sed prætendat se vel ex ignorantia, vel casu, vel nimiâ irâ vel ebrietate &c. delictum commisisse, statim ex fundamento qualitatis præsumptio haurienda est.

XIIX. Huic inservit etiam Qualitas signorum; Nam in ejusmodi casu Judex, licet sit prudentissimus, animum occidentis introspicere non potest, (quod Dei est) potest ergo deliberatum animum ex signis æstimare, quæ animum præmeditatum ostendunt. Signa autem sunt verba & facta, quæ perficiuntur instrumentis. Dn. Eichel. in pral. ad ff. cit. loc. Et si aliter non constet de animo occidentis, potest præmissis ejusmodi signis, quæ instrumentorum qualitas exhibet, Judex interdum ad torturam devenire & super hoc facto concludere. Carrer. pract. Crim. in tract. de homicid. & assas. §. homicidii autem species post num 89. Sed non statim ex quocunque instrumento judicium de animo occidendi faciendum est. Sunt enim nonnulla instrumenta, ex quibus dictus animus facile colligi non potest, sunt ex qui-



quibus potest. Casus, ex quibus non tam facile finis  
occidentis elucescit, recenset Dn. Eichel. *in præb.  
publ. ad ff. d. tit.* quorum unicum annexa ratione ejus  
decidendi iisdem literis placet spatio huic mandare.  
Famulus rustici, inquit, alium famulum freno percutit,  
qui statim terrâ prostratus moritur. Famulus rustici  
autem jurato negat, se voluisse hominem occidere,  
imò se nescivisse dicit, freno hominem occidi posse,  
nihilominus freno percussit. Sane, pergat, nos hæ-  
simus, an ex instrumento possit colligi animus occi-  
dentis. Fundamentum autem hujus deliberationis  
hoc est, an occidens levi diligentia adhibita scire po-  
tuerit, hominem illo instrumento occidi posse, si hoc,  
pœnâ ordinariâ est afficiendus. Insolitum tamen est,  
& rarò casus datur, quod freno homo occisus sit.  
Accedebat tum famuli ignorantia & rusticitas. It. Æ-  
tas minorennis, accedebat quoque, quòd illi homines  
inter se joculari soliti fuerint, & tunc quoque jocosis  
verberibus se invicem exceperint, qui tamen jocus est  
satis crassus. Nos credebamus, concludit, ex illo in-  
strumento animum occidentis non posse colligi, & per-  
consequens nec proæresin, adeoque à pœnâ illum ordi-  
naria absolvimus.

XIX. Ad hujus normam & nos decidamus ca-  
sum. Fingamus: Titium à Mævio occisum esse bacu-  
lo. Primo intuitu ex percussione baculi factâ animus  
occidendi non præsumitur. Bart. *in l. 1. §. divus in fin.*  
*ad L. Cornel. de sic. Angel. n. 2. vers. qui ergo cum baculo.*  
*Marsil. n. 16. & n. 23. Felin. in cap. signif. 2. n. 11. de ho-*  
*mucid.* Sed contrarium videtur asseri posse, si percus-  
sio iterata, it. in caput illata fuerit, quia tunc in percus-  
sione



sione animus occidendi præsumitur. Jo. de Anan.  
*in cap. sicut dignum extr. de homicid.* Nam percussio  
facta in periculosa corporis parte, ubi etiam levi in-  
strumento nocere possumus vitæ humanæ, præser-  
tim si persona occisa sit imbecilliorum virium, qua-  
les habent infantes &c. & persona occidens sit magni  
roboris, accusat occisorem. Pugnare verò pro occi-  
dente hoc videtur, si occisor arma ad occiden-  
dum aptiora, ut enssem, pugionem &c. habuerit, &  
tamen minus, aptioribus baculo scilicet, usus sit. Hoc  
in casu dicerem præsumtionem contra occidentem  
non valere. Vid. Ludov. Gilhaus. *arbitr. Judic. Crim. Tit.*  
*de homicid. n. 46.*

XX. Apparet nunc, quam ardua res sit in dubiis  
casibus sententiam ferre. Et satius sanè est in ejusmo-  
di singularibus nocentem absolvere, quàm innocen-  
tem condemnare. Nocens enim poenâ propterea na-  
turali non eximitur. Natura namque ipsa vitiosos co-  
ercet, dum his mala conscientia angores & cruciatus  
creat, quales cruciatus Tyranni experiri solent nemi-  
nem quamvis inter homines se superiorem agnoscen-  
tes vid. Tac. *VI. Annal. 6.*

XXI. Superiùs diximus, dari & instrumenta, ex  
quibus animus occidendi facilè colligi possit, quale  
est telum, qua voce propriè omne id continetur, quo  
procul præliamur, opponiturque armis, autore Nic.  
Peretto *ad Martial. Epigram. 10. p. 658.* Virgilius tamen  
& pro gladio telum dixit; Atque hoc sensu positum vi-  
detur in antiquis *LL. XII. Tab.* quæ ex gestatione teli  
præsumtionem contra furem inducunt. vid. Barnab.  
*Briss. lib. 18. de V. S. Hug. Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 1. n.*  
*12. Jacob. Godofr. in probat. ad Tab. II. L. XII. Tab. Dn.*  
D. Ta.



D. Tabor. *in Armam. Iust. cap. 5. th. 1.* Pertinent ergò huc gladius, pugio, bombardam, ferrum ponderosum &c. quas armorum species, quibus homo interfici potest, singulariter quàm optimè explicat Carrer. *in pract. in 3. tract. de homicida & assass. §. homicidii autem species: n. 8. Bl. in pract. §. iis sic premisis n. 60. fol. 226. Jo. de Amic. cons. 23. n. 13. Jason. de indiciis & tort. tract. 3. c. 8. n. 1. & seqq. Conrad. rub. de homicid. post nu. 7. fol. 327. Boss. in tit. de homicid. n. 37. Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 10. post n. 6. vers. hac verò imperfectio & num. 8. vers. quâ ratione. David Mæv. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 1. n. 47.* Nos concludimus: quodcunque instrumentum sic est qualificatum, ut plurimum homo interfici possit, Germ. eine tödtliche Mord-Wehre. (vid. Nic. Reusn. lib. 2. dec. 21.) ex eo instrumento animus interfectoris præmeditatus colligi potest. vid. elegantissimum consilium Dn. Taboris, quod extat *d. cap. 5. qu. 3. n. 3. add. Jo. Ricc. p. 1. decis. 173. n. 3. seqq.* quare quem non latet, instrumentum, quo utitur, esse tale, quo homo è medio tolli possit, & percutit, ille scientiâ & voluntate ductus agit. Novit enim hominem lethaliter vulneratum iri, & vult etiam eum lethaliter vulnerare. Adeoque actio hæc est spontanea Dn. Eichel. *d. l.* secus est si ignoret instrumentum, quod manibus tenet, sic esse comparatum. v. g. si motus irâ arriperet bombardam, eaque verberaret adversarium. Illa verò in ipso actu verberationis exploditur, explosione peracta homo occiditur. Hæc autem ignorantia ab occidente vel per testes vel per torturam probanda venit.

XXII. Suadet & ætatis ratio, ut explicem quem effectum in causa poenarum irrogandarum habeat.



beat. Nosse autem ad hoc oportet, quod alia ætas sit  
florescens, alia ingravescens. Florescentem Dd. ab  
invicem rursus distinguentes in eo fermè omnes con-  
veniunt, quod triplici ætate constet, infantia, im-  
pubertate & minorennitate. Infantiam asserunt fi-  
niri completo anno septimo. Carpz. *pract. crim.* p. 3.  
q. 143. n. 6. Jacob. Menoch. *de arbitr. iud. quest.* lib.  
2. *cas.* 57. n. 2. & 7. l. *si infanti* C. *de jur. delib.*  
Et si homo in his annis constitutus est, penitus  
cessat poena l. *illud relatam in princip.* ff. *de injur.* Prosp.  
Farin. *in prax. Crim.* p. 3. *de pæn. temp.* qu. 92. n. 46. Petr.  
à Plach. *in epit. delict.* cap. 32. n. 1. & 2. Nam in infan-  
tibus nullum iudicium de bono & malo deprehenditur  
nec facultas eligendi media quicquam virium appeti-  
tui eorundem addit. Dn. Feld. *in Elem.* p. 3. *cap.* 3. *memb.*  
2. *artic.* 3. Si verò, quod tamen rarò accidit, aliqualis  
malitia & doli capacitas appareat, dubium non est,  
quin in carcere modica castigatio adhiberi possit. Id  
quod Consultissimo Dn. Bechman. Patrono & Promo-  
tori meo colendo non displicet, qui *in prel. publ.*  
*ad Schnob. disp.* 3. *thes.* 21. *verb.* atrociter hoc idem  
asserit. add. Carpz. *d. part. d. qu.* n. 19. & 20. Huc  
facit, quod Ælianus *lib. omnigenæ historiae* 5. *cap.* 16. de  
puero quodam tradit, qui cum apud Athenienses ob  
surreptionem aureæ laminæ, quæ ex Elianæ coronâ de-  
ciderat, in iudicium deduceretur, Iudices autem cum  
crepundia, talos & laminam auream proponebant pue-  
ro, is iterum aurum apprehendebat, ideoque ad sacri-  
legii poenam ab his damnatus est. add. Tiraqu. *tr. de*  
*pæn. temp. aut remitt.* n. *fin.* dubio procul moti sunt hac  
ratione: quod in puero callidus animus apparuerit.  
XXIII. Infantibus succedunt impuberes. Ha-  
ben-



bentur autem pro impuberibus masculi, qui nondum  
annum decimum quartum, foeminae vero quae nondum  
duodecimum complevere. *pr. Instit. quib. mod. tut.  
fuit. cap. 14. x. de delict. puer.* Notat in *pral.* Dn. D.  
Beymann *d. loc.* quod in poenalibus hodie puella ante  
annum decimum quartum non habeatur pro pubere.  
Et, dum utrique hos annos nondum compleverunt,  
regulariter mortis poenam propter delicta non patiun-  
tur *l. auxilium. §. in delictis & ibi Dd. ff. de minorib. & l.  
si ex caus. §. nunc in minoribus videndum & ibi gloss. &  
Bartol. eod. tit.* Nam quamvis pubertati proximi sint,  
& deprehendatur intellectus aliquid operari, ut quid  
bonum, quidve malum sit ab aliis doceri queant, hic ta-  
men admodum adhuc debilis est & facultas inquiren-  
di media ducentia ad propositum etiam parum adhuc  
apparet. Hinc pro vitiosis hominibus haberi neque-  
unt. Attamen non arbitraria poena liberantur,  
quae pro ratione circumstantiarum variat, testante  
hoc eodem Dn. D. Beymann *d. loc.* Nonnunquam ta-  
men contingit, ut, licet nonnulli sciant prohibitum  
esse illud, quod peragere tentant, nolint tamen absti-  
nere, sed nihilominus omnes dehortationes spernen-  
tes refractarie resistunt, & ad quaelibet media inveni-  
enda, quibus malum, quod appetunt, obtineant, nimis  
callidi deprehendantur. Hi sane non immerito ob  
rationem, quod malitia aetatem suppleat, poenam ultimi  
supplicii afficiuntur. vid. Dn. Beymann *d. loco.* Solet  
tamen plerumque poena mortis, si rigorosior est, a  
Principibus in benigniorem immutari; Sic puero ad-  
huc impuberi satis tamen callido mens. Mart. 1619.  
Scabini Lips. dictarunt poenam ignis ordinariam adje-  
cta clausula, nisi Elect. Sax. velit ob aetatem tenellam  
E hunc



hunc poena ordinaria absolvere, & sic gladio plectere-  
tur hocq; factò cadaver combureretur, test. d. Dn. Bech-  
man *dict. loco*. Quæ gratia Principalis etiam ad Minores,  
(quæ regulariter alias poenæ mortis ordinariæ subji-  
tur) interdum extenditur ita sc. ut non solum in crimi-  
nibus atrocissimis, sed & in aliis delictis, veluti homi-  
cidio, furto &c. poena mortis ordinaria reis remittatur  
substituta fustigatione aut relegatione. Dn. Carpz. *p. 7.*  
*qu. 143. n. 87. 88. ibi*: So möchte Inquisit wegen solcher be-  
gangenen und bekanten Entleibung/ wofern man ihm in An-  
sehung seines minderjährigen Alters nicht Gnade erzeigen  
wölte/ mit dem Schwerdte vom Leben zu Tode gestraffet wer-  
den. Subjicit, quod remissâ mortis ordinariâ huic reo  
relegatio unâ cum solutione Werigeldi & expensarum  
mens. Jul. ejusd. anni à Scabinis dictata sit. *sub no: in ib*  
*sup* XXIV. Ob ingravescentem ætatem, qualis est se-  
nectus, mitius puniendos esse senes Dd. communiter  
statuunt Tiraqu. *d. tract. de poen. temp. aut remitt.* Petr.  
Theodor. *in coll. crim. disput. 10. th. 4. lit. E.* Andr. Gail.  
*lib. 2. observ. 110. n. 34.* Bertaz. *tom. 2. conf. crim. 70. num.*  
*37.* Franc. Caldas *in repet. l. si curatorem verb. vel ad-*  
*versarij dolo n. 54. C. de in integr. restit.* quam tamen  
doctrinam Doctorum amplecti Dn. Carpzov. abhorret  
inquiens: quod senectus neminem regulariter ab or-  
dinariâ poenâ excuset, ob rationem quod: leges hos  
poenis non eximant ordinariis. Propterea nõ esse dispen-  
sandum cum his super poena delicti probat per *l. dissen-*  
*scientis 16. C. de repud. Jason. in l. illam 19. n. 8. de coll.* Jacob.  
Schulz. *in addit. ad Modest. Pist. quest. 126. nu. 169.*  
Additæ sunt præter jam datam rationē adhuc duæ, *p. 3. q.*  
*141. n. 20.* quarū prima est, quod ut plurimū senes septua-  
ginta vel plurium annorum sint robusti sapientes &  
per-



perspicaces; alteram deducit ex hoc legum fonte,  
quod donare & testamentum facere possint. per *l. se-*  
*nectus 16.* ibi: senectus ad donationem faciendam non  
est impedimento *C. de donat. & l. senium 3.* ibi: Senium  
quidem ætatis vel ægritudinem corporis sinceritatem  
mentis tenentibus testamenti factionem certum est  
non auferre. *C. qui test. facere possunt.* Quod si ergò,  
superaddit, ex contractu teneantur, eaque, quæ juris  
publici sunt, qualis est factio testamenti *l. 3. ff. qui test.*  
*fac. poss.* perficere queant, cur non etiam ex delicto  
suo tenerentur non certè video, quum non minus  
discretio ac prudentia in contractibus & testamenti fa-  
ctione requiratur, quam malitia & dolus in delictis re-  
prehendatur. Et sic Magistratui Islebiensi 1635. mens.  
Julio Scabini Lipsiensis respondere: So möchte die ge-  
fangene C. M. solches ihres begangenen und bekanten Dieb-  
stahls wegen / unangesehen / daß sie ein Weib von 73. Jahren  
nach Schärffe der Rechte mit dem Stränge vom Leben zum  
Tode gerichtet und gestrafft werden. V. R. W. Secus  
verò est, (cui contingenti & Dn. Carpz. non contradi-  
cit) si sensu & intellectus ratione destituti repuerescere  
incipiant, & quasi iterum in pueritiam revertantur. Ti-  
raqu. *in d. tr. conf. s. n. 4.* ita scilicet, ut se nescire dicantur:  
de quibus Euripides:

*vestram senectam video mentis indigam.*

Et Virgil. *lib. 12. Aeneid.*

*Damni miserere senecta.*

Hi namque si delinquant ex mentis alienatione potius  
quam dolo peccare videntur, ideoque poenâ ordina-  
riâ liberantur. Gloss. *in l. senectus C. de donat.* Bald. *in*  
*l. qua ergò poena gravior n. 10. ff. de poen. add.* Dn. Carpz.  
*d. l. n. 34.*



XXV. Relictâ ætatis consideratione jam Sexus  
meditatio huic vicina esto: Primò omnium autem  
sciendum, quod hæc constituat mares & foeminas. Et  
primo intuitu apparet mitiùs cum foeminis in pœnis  
dictandis agendum esse *l. sacrilegii pœnam in pr. ff. ad  
L. Jul. pecul. & l. quisquis §. ad filias C. ad L. Jul. Maj.  
add. sent. Virg. in lib. 2. Aeneidos* sic extantem:

— Nullum memorabile nomen

*Fœminea in pœna est.*

Quoniam videlicet minus habent rationis, quàm ma-  
res. Et tantò graviùs viros esse puniendos, quantò  
magis usu rationis sunt excellentiores. Hac namque  
mediante viriliùs vitiorum incitamentis resistere que-  
unt. Tiraqu. *d. tr. caus. 9.* Hinc puto proficisci: quod  
Justinianus *Nov. 134. cap. 10.* propter adulterium com-  
missum diversam pro sexus diversitate constituerit  
pœnam. Nam adultero pœnam gladii infligi *l. 30. §.  
I. C. ad L. Jul. de adult.* adulteram virgis cædi & in mo-  
nasterium detrudi, sique maritus intra biennii spatium  
eam recipere recuset, vel, antequam repeteret, moria-  
tur accepto habitu monasteriali ad vitæ tempus deti-  
neri iussit. Et hanc pœnam, prout hæc à Justiniano  
fancita est, Constitutio etiam Carol. approbavit *vid. art.  
120.* cum hoc tamen additamento, ut foeminae adulte-  
ræ loco retentionis in monasterio dictetur fustigatio.  
Causam, cur mulieres mitiorem in hoc delicto pati-  
antur pœnam, præter paulo antè datam producere  
non valeo. Hæc non est: quod detrusa in monaste-  
rium castitatem addiscat, & ad meliorem frugem re-  
deat. Nam & sic adulter posset ad saniolem mentem  
pervenire. Nisi hæc sit, quod foemina minus iniusta  
ratione liberorum in alterius familiam translatorum  
dici



dici possit; Hæc enim in partu & post partum matris  
curam effugere non potest. At quod maritus adul-  
ter ipse facere debuisset, hoc ipsum callidè & malitio-  
sè in alterum transfert. Et præter hanc rationem nul-  
la videtur sufficiens esse. Nam in pudicitia hæc non  
fundata est, quia ratione hujus graviori poenâ plecten-  
dæ foeminæ videntur quàm mares, utpote cum pud-  
icitia sit propria earum virtus. Et hæc ratio fortasse  
movit D. Maur. Elect. quod in Constit. quadam, tit. von  
Straffe des Ehebruchs/ quam 1543. D. Aug. confirmavit,  
foeminis itidem poenam capitalem dictaverit. Quæ  
sanctio & sacris literis est consentanea *Levit. 20. v. 10.*  
*Lev. 22. v. 22.*

XXVI. Videamus porrò, quam vim Locus in e-  
ruenda facti poenâ tam augenda, quàm minuenda ha-  
beat. Locus ubi delicta committuntur, ut cuius ob-  
vium est, vel est divini vel humani juris. Locus di-  
vinus est, qui Deo pro excolendo ejus honore est  
consecratus. Et qui ibi delinquit, huic sanè extrema  
malitia adhæret. Hinc gravissima supplicia in sacri-  
legos statui solent, ob rationem, quod eo in loco, ubi  
Deus colitur, facere furta ausi sint, ex quo hoc crimen  
suam turpitudinem habet. *l. aut facta 16. §. locus facit*  
*ff. de penis l. sacrilegi 9. §. 1. ff. ad L. Jul. Pec. Bocer. tr.*  
*de furt. c. 1.* Et parum ad rem facit, an res furtiva sit  
magnæ vel modicæ æstimationis, an delictum sit cum  
effractione violenta vel sine ea commissum &c. Fate-  
mur quidem lubentissimè poenam sacrilegii ex Const.  
Carol. & de jur. Civ. esse arbitrariam, pro ratione ta-  
men circumstantiarum prohibitum non est, quin poe-  
na atrocissima adhibeatur, testis loco stat *Ulp. l. 6. ff. ad*  
*L. Jul.*



*L. Jul. pec.* Ubi dicit: Se scire multos Judices ad bestias damnasse sacrilegos. Et ex Const. Carol. *artic. 172.* ad hanc poenam proceditur, ut sc. vivi comburantur, co tamen in casu, si hierothecam sive ædiculam aut mon- strantiam (uti dicunt) in qua panis reconditur, furati sint. Si verò res alias præter has surripiant, mitior his imponatur poena, quæ interdum carceris custodiam vel relegationem comprehendit. *vid. d. Const. art. 157. 158. Ord. Crim.* At in foro Saxonico aliter receptum est, adempto enim Judici arbitrio, hæc sacrilegis con- stituta est poena, ut eorum membra rota contundan- tur. *Landrecht lib. 2. art. 13.* ubi: Alle Mörder und die den Pflug berauben und Mühlen und Kirchen oder Kirch-Höf- fe etc. die soll man alle radebrechen. *add. Matth. Col. P. 1. decis. 152. n. 2. Nicol. Reusa. lib. 1. decis. 16. n. 6.* Hoc- que etiam usus & observantia approbavere, ut ex resp. Ddrum fusius patet, quorum hoc addo: Hat G. R. in guten bekant und ausgesagt / daß er neben seinen Gesellen die Kirche zu Massen beraubet etc. da nun der Ge- fangene auff seinen gethanen Bekantnis vor Gericht frey- willig verharren / oder dessen sonsten / wie recht / überwiesen würde / So möchte er von wegen solcher begangenen und bekanten Kirchen-Beraubung mit dem Rade vom Leben zum Todte gestrafft werden. *B. R. W. Dn. Carpzov. in pract. Crim. p. 2. qu. 89. n. 21.*

**XXVII.** Locus verò profanus est vel publici vel privati juris. Qui privati juris est, vel est proprius oc- cisi vel alterius. Et (ut rectius Doctoribus visum est) aggravatur delictum: si quis in suis ædibus trucidetur. Nam qui eo in loco necat, ubi homini plus se- curitatis debetur, plus injusti committit, quàm alibi: At



At plus securitatis debetur cuilibet in propria domo,  
quia domus cuius tutissimum receptaculum esse de-  
bet *l. plerique ff. de in jus voc.* Imò domo cuius, test.  
M. Cicer. in eleg. Orat. pro domo sua nil sanctius, nil  
omni religione munitius est. Notetur hîc, quod  
per domum accipienda sit non proprietas domus, sed  
domicilium, quare sive in propria domo quis habi-  
tet, sive in conducta, sive hospitio receptus, domus  
ejus intelligitur. *l. Lex Cornel. §. domum. ff. de aleator.*  
*add. l. 8. in fin. l. 12. ff. de adult. l. 11. §. domum d. tit. de*  
*aleator.* Quapropter cum præter mortem illatam  
per ejusmodi delictum etiam læsa sit securitas dome-  
stica, perpetrantem hoc ipsum poenam rigoro-  
siorem pati oportet. Solentque hodiè rei non so-  
lum ad gladium, sed etiam ut cadavera ipsorum ro-  
tæ imponantur condemnari. Sed limitatione opus  
est hæc, poenam jam recitatam non dictari, nisi quis  
animo occidendi domum introiverit. Si enim alium  
finem sibi propositum habuerit, eoque ducto domum  
introiverit, aliquandoque ibi commoratus itaque ac-  
census occiderit pro simplici homicida reputatur.  
Nam tunc læsa securitas non per se, sed per accidens  
est. Nic. Reusn. *lib. 1. decis. 16. n. 30.* vid. Carpz. *p. 1. prax.*  
*Crim. quest. 40. n. 11. seqq.*

XXIIX. Publico loco annumeratur via publi-  
ca & alius quidam locus privilegiatus. Et qui in via  
publica aut loco quodam privilegiato (qualis lo-  
cus est e. gr. Palatium Principis, Curia &c.) quid  
in alterum statuit, pejus delictum committit, quàm  
in privato. Nam locus publicus publicam salu-  
tem & securitatem promittit cuius. Locus etiam  
pri-



privilegiatus nihil aliud est, quàm is, quo cuique præ  
cæteris locis debetur securitas. Hæc læsâ redditur  
injustum majus. Hinc in loco privilegiato vulnerans  
quendam plerumque amputatione manus & ratione  
circumstantiarum insimul relegatione punitur. Nam  
si atrocitatem poenæ augeat locus *ex l. aut facta 16. §.*  
*4. ff. de poen.* Quis non fatebitur severius hunc puni-  
endum esse, qui in domo Principis, Curia aut alio loco  
publico peccat. Vid. Dan. Moller. *ad Const. Elect. D. Aug.*  
*p. 4. Const. 43. in pr.* Cum enim, uti ex Cic. dictum, nil  
sanctius sit, quàm domus uniuscujusque civium, quis  
ibit inficias, longè sanctiorem esse domum Princi-  
pis seu palatium Civitatis. Carpz. *d. l. n. 30. seqq.* Du-  
bium ergò prorsus non est, quin violatoribus ejus-  
modi poena severior irrogari possit. At si quis vulne-  
randi aut occidendi gratia Principis palatium non in-  
troiverit, quid juris? Nonne ille causa per accidens  
læsæ securitatis est? Respondemus incogitantiam,  
quam forte prætendit eâq; veniam consequi cogitat, ar-  
guere in ipso nequissimum iracundiæ vitium. Dum e-  
nim deliquit eo in loco, qui delinquentibus terrorem  
incutere debebat, signum præbet extremi iracundi-  
æ. Non nefas ergò esse puto in eum ordinariè animad-  
vertendum esse.

XXIX. Et ut paucissimis etiam hæc Tempus attin-  
gamus, dicimus: Hunc itidem gravius delinquere, qui  
die festo divinis usibus vel honori Principis vel ipsius  
occisi gaudiis destinato lædere aut occidere sibi pro-  
posuit. Nam hisce diebus præprimis Deo debe-  
mus pietatem, Principi reverentiam, læso occiso  
quietem non interruptam. Fingamus: Titium nu-  
ptias



ptias suas celebrantem eo die, quo his frui gaudet, inju-  
ria quadam affici à Mœvio. Hoc malum sanè injustius  
videtur esse, quod Mœvius infert, propterea, quia id Ti-  
tius hoc tempore magis fugit. Eodem pacto multo-  
rum populorum legibus gravior pœna constituta est in  
fures nocturnos, quam diurnos: sic in antiqua lege Bur-  
gundorum, *Addit. prim. tit. 16. c. 1.* Quicumque in vi-  
neam alienam intrare præsumserit de die furti causa, in-  
ferat illi, cujus vinea est, solidos tres & multæ nomine  
solidos tres. Certè si de nocte hoc præsumserit facere &  
percussus fuerit ita, ut moriatur, is cujus vinea est, nullam  
calumniam patiatur. Et LL. qq. XII. Tab. furem no-  
cturnum impunè quoquomodo permittebant occidi.  
*vid. Cl. Boecler. comment. ad H. Grot. lib. 11. cap. 1. p. 19. seqq.*

XXX. Eventum ultimò perstringamus, quem  
si iudex in determinandis pœnis sepositis cæteris circum-  
stantiis attendat, nihil iniquius esse pro certo statuo.  
Nam sic plerumq; non causæ meritum sed casus infortu-  
nii spectaretur juxta distichon illud Ovidianum *in epist.*  
*Phyllidis ad Demophontem.*

*Exitus acta probat, careat successibus opto.*

*Quisquis ab eventu facta notanda probat.*

Spectandus quidem ille est *per l. aut facta §. evento ff.*  
*de pœn. l. si rem non novam C. de jud. Tiraqv. tr. de caus. temp.*  
*pœn. caus. 52.* Sed debet accedere voluntas delinquentis *l.*  
*1. §. divus ff. ad. L. Cornel. de sicar. Hinc Alberic. in ult. pars.*  
*statut. qu. 478. alias qu. 78. dicit per l. desertorem §. in bello*  
*ff. de re milit. quod, qui facit aliquid prohibitum, puni-*  
*endus sit, quantumvis bonus effectus secutus sit. add. l.*  
*ult. C. de negot. gest. it. l. si quis servum §. si puerum ff. ad*  
*L. Aqu. Et statim ac de voluntate ad actum prohibitum*

F

tea-



tendente, licet ille actus non consummatus sit, constat,  
statim quædam resurgit poena. Quod ipsum ex poena co-  
natus, in stupro violento redditur perspicuum. Ex co-  
nato enim delinquenti Ordinatur. Carol. art. 119. verb. So  
sich aber einer solches Mißhandels etc. fustigationem cum  
perpetua relegatione dicitur, è contrario vero stuprum  
perfectè committentibus poena raptibus propria in-  
dicatur, quæ est poena gladii vid. Landrecht libr. 2. artic. 13.  
Const. Elect. p. 4. Const. 31. add. Constit. Carol. artic. 19. ad-  
dit Dn. à Felde rationem, inquit: Et rectè jus Saxoni-  
cum statuit poenam gladii, si enim raptor, qui vi aufert  
res nonnullas mobiles adhibita vi & terrore hostili, feri-  
tur gladio, quâto magis, qui id, quod honestis foeminis  
carissimum est & in æstimabile, vi aufert? pergit, quamvis  
hoc fateri cogar, Legislatores non æque ad terrorem  
incussum, velut in rapina, respexisse, quam ad ablatio-  
nem pudiciæ, neque enim talis terror hoc in casu in-  
cussus dici potest, qualis in rapinâ. Sed hîc subsisto, non  
quod pleraque pro argumenti dignitate ac amplitudine  
executus sim, siquidem jam sentio, quam minimum sit,  
quod scripsi, si cum omissis comparo, verùm quod  
in re insuperabili propediem, quàm  
serius abstinere præstet.





CLARISSIMO

DN. JOHANNI CHRISTOPHO.

RO Krügelstein/ J. U. DOCTORANDO

Fautori & Commensali suo hono-  
ratissimo.

**D**UM KRÜGELSTEINI Tibi confert Phoebus honoris  
Insignem laudem, quam nec longinqua vetustas  
Scindet nec Borac flatus, vel frigora Cauri,  
Dumque Tuam Frontem sero Polyhymnia cingit  
Fautorum turba ridente, fremente Theone  
Eximios mea Musa Tibi gratatur honores,  
Utque brevi capiant magna incrementa precatur

Sigismundus Peilick, J. U. D. & Cur.  
Prov. Sax. Adv. Ordin.

Madrigal.

**W**AS ich vorlängst/ mein Hochgeehrter Freund/  
Zu Ehren dir mit schlechtem Kiel geschrieben  
Das trifft iht ein/

Dein rühmliches Belieben/  
Vermehret deiner Tugendschein/  
Weil du dich wieder läst in Themis Tempel hören/  
Drumb wünsch' ich herzlich Glück zu solchen hohen  
Ehren/

Wer sich von Jugend auff/wie du/den Musen hat er-  
geben/

Dem folget Ehr und Ruhm in seinem ganzen Leben.  
Aus verbundener Freundschaft Pflicht setzet dieses  
wenige dem Hn. Doctoranden seinem brüder-  
lichen Freunde zu Ehren

Joachim Elias Ottho/ B. S. U. P.  
Cri.



627.  
Crimina cum tractas, justo afficienda dolore,  
Jure capis laudes, eximiumque decus.

*Ita Nobilissimo atque Clarissimo Viro, Amico meo  
honorando, memoriam sui benivolam  
serio commendat*

Johann-Heinrich Sigling/ LL. Cult.

Sic KRÜGELSTEINI, cordis pars altera nostri,  
Post varios casus, post tot discrimina rerum,  
Lætitiâ mirâ suffusus, rite reportas  
Præmia virtutis, nullis venalia gemmis,  
Quas Indus vel Arabs infenso sole perustus,  
Colligit, aut dubio conquirat Persa labore;  
Dum redimire Tuam jam jam florente corona  
Haut dubitat frontem Musarum Rector Apollo,  
Incluta dumque Themis Te Doctorum inserit albo.  
Hos, vili quamvis citharâ, Tibi grator honores,  
Et precor, ut tandem contingas vertice stellas!

*Nob. ac Clarissimo Dn. Doctorando, Fautori suo  
honoratissimo, gratulabundus adpos.*

Johan. Berg/ Colb. Pom.

Du ist der Edle Zweck/wornach Er hat gedrungen/  
Mein Hochgeehrter Freund: das heist sich nauff geschwungen  
Bis zu der Sterne Chor. Kan diß der Lenken Zier  
Ben junger Jahre Zeit? Was wird wohl bringen für  
Der niemahls leere Herbst? So lang' als Fische gehen  
Im grossen Ocean/ soll Er in Ruhme stehen  
Wohl an Er wachse fort! Ich lobe seinen Fleiß  
Und wünsche Glück zur bald bestimmten Abschieds-Reis!

Welches dem (Tit.) Herrn Licentiaten als sel-  
nem vornehmen Freunde und bis anhero ge-  
wesenen Tischgenossen zu Bezeugung seiner  
gehorsamsten Pflicht in Eil schreibe


Hans Henrich Timæus/  
S. Rom. Imp. Exemptus.

✠(o)✠












ULB Halle  
005 132 576


3




V017











B.I.G.

Farbkarte #13

IRALIS JURIDICA

POE

M

cap. 6. X. de homi-  
casual.

1666, 17

o favente

CTORITATE

rum Magnifici

DE

isimo atq; Excellentissimo

CHRISTOPHO-

Publ. celeberrimo, Con-

.Facult. & Scabinatus

vissimo

& Preceptore suo

colendo

ENTIA

iores ac Privilegia Do-

consequendi

1666.

ante & pomeridianis

proponit

RISTOPHORUS

mburgensis.

ERTHERIANIS.

ms  
4

19

17

E-

11/

